



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Sectio I. De Ho[m]icidio in genere, & in specie de homicidio voluntario  
injusto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

TITVLVS XI.

DE INFANTIBUS ET LANGUIDIS  
EXPOSITIS.

6. I.

*Quae sit pana parentum, qui filios exponunt ab alijs nutriendos, vel languidos, sive infirmos ab aliis curandos.*

**Q**ui infra 7. ætatis annum infantem languidum, & infirmum exponit, contra pietatis officium, hoc ipso infans

talis à patria potestate liberatur, & si libertus sit, sive ingenuus, aut si servus sit, in libertatem vindicatur, & parentes insuper, quibus scientibus infans talis expositus est, si eos alere possint, obligantur ad alimenta restituenda, pro diversitate conditionis illius, vel loci, vel hominis, à quo alitur.

TITVLVS XII.

DE HOMICIDIO VOLUNTARIO,  
VEL CASUALI.

SECTIO I.

*De homicidio in genere, & in specie de homicidio voluntario injusio.*

6. I.

*Quid sit homicidium in communi, & quomodo dividatur?*

**H**omicidium, propriè loquendo, est occisio hominis ab homine facta, si enim à fera homo occidatur, propriè non dicitur secundum iuta homicidium,

sed pauperies, juxta Tit. Inst. & ff. si quadrupes pauperiem &c. & quidem corporale homicidium, de quo hic est quæstio, aliud est voluntarium, aliud involuntarium, seu casuale. Voluntarium subdividitur in illicitum, sive in justum & in licitum, sive justum. Illicitum sive in justum aliud est directe voluntarium, quod est per se intentum, & sit animo deliberato occidendi hominem, aliud est indirecte voluntarium in causa scil. per se intenta, ex qua mortaliter certò homicidium est fecuturum. Licitum vero homicidium est aliud necessarium ac defensivum, cum quis se contra

Contra inustum invasorem cum occisio-  
ne illius legitime defendit, aliud vero  
est punitivum, quod publica au<sup>t</sup>oritate  
Magistratus facit, ad punienda delicta.  
Casuale denique homicidium dicitur,  
quod casu prae intentionem commit-  
tentis, aut causam dantis contingit, &  
quidem si nullo modo sit voluntarium,  
ob nullam periculi fortassis prævisionem,  
& post sufficientem cautionem ad omne  
periculum avertendum exhibitam even-  
tit, merè casuale dicitur, si tamen pe-  
riculum prævisum est, cui non sufficien-  
ter cavebat, casuale quidem dicitur,  
per accidens tamen, & indirecte vo-  
litum.

## §. II.

*Quæ requirantur ad homicidium  
inustum directe voluntariorum, eisque  
panam incurrandam, & quæ panæ  
iure sint decreta in homicidas.*

**R**equiritur primò ut sit commissum  
per directam, ac expressam, &  
spontaneam voluntatem occidendi, vel  
in se, vel in sua causa, intendendo mortem  
alterius. Requiritur secundò ut mors  
actu & re ipsa sequatur, si enim mors  
non sequatur, sed per miraculum fortasse  
aliquid impeditur, pena ordinaria ho-  
mocidij non incurritur, cum pena à ju-  
re decreta perfœcum, & consummatum  
etum requirat, ut incurritur, nisi  
aliud in ipso jure expressum sit.

Sunt autem penæ in tales homicidas  
de jure canonico (quid enim statuat jus  
civile, Civilistæ et docebunt) statutæ  
excommunicatio quæ mortis nomine  
in jure canonico venit, quia mortem

animæ effert irregulatitatem, & si Christus sit, qui homicidium dicto modo  
commisit, deponendus est ob ordinem  
& officio, & post depositionem in a-  
ctum Monasterium (juxta antiquum)  
detrudendus est, ad agendam penitentiam,  
vel ut volunt aliqui juxta hodiernam  
consuetudinem, ad trienniū mit-  
tendus in perpetuum, vel ad tempus,  
pro diversitate homicidij, & peni-  
dus est omnibus beneficis Ecclesiasti-  
cis, si que habeat, neque potest enim  
post peractam penitentiam in ordinibus  
susceptis ministrare, &c. attendendo  
tamen in his, ac alijs penit, alios etiam  
circumstantias, que videtur non  
nunquam cum hoc, quam cum alio,  
procedendi modis recipiunt.

## §. III.

*Quisnam tum in genere tum in  
specie propter homicidium voluntarium &  
inustum commissum irregulatitatem  
curat aut alias penas, in iure  
tas contra homicidas.*

**I**n genere dictipotest, quod in ir-  
regularitatem hanc incurant, eo per  
seiplos taliter inustum occidunt alio (cum  
hi vel maximè sint homicide) vel qui  
causaliam mortis alteri prebent cum in-  
tentione occidendi, cum dannum de-  
ditio merito censeatur, qui causal effi-  
caciem damni dedit cum intentione pre-  
vanocendi. In specie vero irregularitatem  
hanc incurrit, primo qui factum  
jam animati abortum procurat et feci-  
t, et quia qui factum animatum occidi-  
t, unque homicide est. Secundò qui le-  
thaliter alium percussit, etiam si hic ab  
alijs

alij postmodum fuerit omnino interfec-  
tus, modò sufficientem etiam causam  
mortis dederit, cum intentione prava  
eum occidendi, ita ut abstinere etiam  
debeat, tanquam irregularis, ab offi-  
cio sacerdotali, etiam si dubitet, an ex  
suo i<sup>st</sup>u, vel potius posteriots, mor-  
tuus fuerit vulneratus. Tertiò qui cùm  
intendat ex proposito occidere Titium,  
ex casu tamen occidit Caium, quamvis  
enim casuale sit hoc homicidium re-  
spectu personæ occise, voluit tamen  
occidens occidere hominem.

§. IV.

*An mandans aliquem occidi fiat  
irregularis, aliasque penas homi-  
cidij incurrat.*

**M**andans occidi aliquem, etiamsi  
expressum mandatum non sit de  
occidente, sed tacitum tantum, fit ir-  
regularis, si mors ex tali mandato le-  
quatur, & ordinariâ homicidij pœna  
puniti potest; quamvis enim causa phy-  
sica mortis alterius hic non sit, est ta-  
men causa moralis & quidem principi-  
alis; quin imò si mandatarius fines man-  
dati excedat, occidendo v. g. eum, aut  
mutilando, quem alter verberavit tantum  
mandavit, cum expressa intentione ne  
occidatur v. g. incurrit tamen mandans  
irregularitatem, si mors alterius vulne-  
rati v. g. sequatur, & injusta fuerit vulne-  
ratio, quam mandavit. *c. Is qui 3. b. 2. in*  
*6. cdm mandando in culpa fuerit, &*  
*debuerit cogitare, hoc evenire posse, ut*  
*aii Pontifex in cit. cap. quam etiam in-*  
*curredit mandans, si præter ipsius inten-*  
*tionem mandatarius occidatur, cùm*

*Pbirrig. Compedit.*

hoc præter intentionem mandantis esse  
quidem possit, non tamen præter præ-  
visionem, tam periculo<sup>rum</sup> casui expo-  
nendo mandatarium. Et quamvis si  
mors vel simpliciter non sequatur, vel  
non sequatur ex mandato hoc, vel revo-  
catione fuerit mandatum tale, & hujus  
revocationis notitia ad mandatarium  
pervenerit, non incurrit ex homici-  
dio irregularitas, cùm rigor pœnarum  
hanc extensionem non permittat, pol-  
lunt tamen mandantes, præsertim si per  
Assassinos infideles homicidia committi  
mandant, de alijs pœnis à jure Cano-  
nico statutis sibi subiungentur juxta c.  
*Pro humani 1. h. 1. in 6.*

§. V.

*An sicut mandans, ita etiam con-  
sentiens in homicidium injustum, vel illud  
approbans, securum habens, incurrit  
irregularitatem, & alias pœnas  
homicidij?*

**C**onsentiens in cædem alterius, aut  
ratam eam habens, postquam com-  
missa illa fuit, sine ulla tamen coopera-  
tione, & que nullo modo fit ex nomine  
consentientis, irregularitatem, aut alias  
pœnas homicidarum non incurrit, cùm  
talis nullo modo sit causa influens in ho-  
micide, qualis tamen esset (& con-  
sequenter irregularitatem, ac alias pœnas  
homicidarum incurrebet) si consentiret  
in homicide, ut ab alio quidem fier-  
et, fieret tamen suo nomine, quo in  
casu causa moralis abique ulteriore man-  
dato haberetur; & quamvis in casibus  
quibusdam ratificatio mandato æqui-  
paretur, in ordine tamen ad pœnas in-  
currebit.

*Ccc cc*

*currebit.*

currentam, cause physice, aut morali impositam, non potest æquiparatio locum habere, cum rationabilitas talis nullo modo in delictum commissum influat.

## §. VI.

*An consilens homicidium injustum incurras irregularitatem?*

**S**i homicidium committatur ex vi dati consilij, in casu scilicet, quo qui consilium alterius audiit, non fuisse alterum occisorus, vel certe non eâ celeritate, aut crudelitate, &c. nisi consilium tale datum fuisse, irregularis sit, casu quo mors alterius subsequatur, ut sumitur ex can. perniciose 23. dist. 1. de penitent. & can. Si quis 8. dist. 50. acc. Sicut dignum 6. §. Qui verum. & §. final. h. t. quia talis est causa influens in tale homicidium. Quod si tamen consilium, quod dedit consulens, revocet ante ejus executionem, non ideo statim liber est ab irregularitate, si mors illius, contra quem consilium datum fuit, sequatur, cum influere possit etiam consilium revocatum, & intellectus semel imbutus aliquâ opinione, non facilè ab illa dimovetur, sed insuper debet consulens ad evadendam irregularitatem conari ad dissuadendum homicidium, ad quod prius consilio suo jutit.

## §. VII.

*An qui cooperatur ad homicidium prastanto opem, aut auxilium, sit irregularis?*

**S**i auxilium, vel opem ferens sit causa propinqua homicidij commissi,

vel directè ad illud cooperando, pertinendo, & infligendo vulnera, & vel indirectè, deinde v. g. tam, qui occiditur, ne fugiat, vel comittit occidorem, & sua præteritam anno do, &c. irregularitatem incurrit, ut ad mortem alterius verissime physice, moraliter cooperetur, uti colligeretur. Sicut dignum 6. h. t. Si vero punitur occidendum aliquem concurrens, & dicto modo opem ferendo cooperatus, omnes sunt irregulares, sive consilientia & proposito aggrediantur impuniti ad eum occidendum, sive fabra via v. g. occasione in unum aliquem intinxerint plures, sive scient eum vulneraverint aliquis, sive ignoranter, sive vulnus lethale inflixerit, sive non lethale, &c. quia omnes sunt velut una causa mortaliter occisionis talis.

## §. VIII.

*An non impediens homicidium, cum possit ac debet, sua irregularitas?*

**S**i non impediens præstamentum charitate illud impedit, non irregularis in foto conscientia, enim non impedit ex odio interno, & deinde mortis proximi, cum in talibus sit causa iusta homicidij, nihil contra peccatum peccans. Si vero ex ultimis intentiis impedit homicidium, & possit illa sine gravi suo inconvenio impedit, tamen, & quidem voluntate, impedit irregularis est, si mors alterius legitima cum sit causa moralis iusti, reprobata ipsius, homicidij.

SECT.